

judicis, sive iure actionis, quos omnino vide, quia ele-
ganter loquuntur, *ibid.* a. n. 88. cum multis seqq.

Periculum etenim in mora caret lege, legem non
admittit, atque legem tribuit, licitem facit quod non
est, ac judicem incompetentem, legitimum, multoties

72 alterat non solum precepta humana, sed etiam divina,
arque naturalia, c. sicut de conser. d. a. l. c. l. de feris, c.
discipulos de conser. d. l. 5. c. ann. rumore, &c. si nulla
necessitas 23. q. 8. c. secundum de obser. jejun. c. quanto de con-
suetudine, c. quod non est licetum de reg. jur. in 6. l. nomine
C. de religi. & sumptib. funer. l. 2. C. de patr. qui filios dis-
fraxere, l. unica, & ibi gl. expedire, ff. effectio. consil.
cum multis quae congregit Tiraquell. de retradu. §. 1.
gloss. 9. n. 32. & latius §. 26. gloss. 1. n. 18. & seq. & iterum
in tract. de pennis tempor. causa 33. per rot. Chassan. in
confer. Burgund. rubr. 1. §. 4. gloss. 1. n. 26. & §. 5. verbo,
se il ne à grace, n. 15. & seqq. Cachera. dec. Pedem. 68.
n. 28. alios refer Quelfada, div. q. 4. n. 3. Petr. Greg. in syn-
tagm. jur. 1. psl. 3. & 8. n. 4. latè Camill. Gobin. de verb.
sig. 10. ex n. 21. Bob. in polit. l. 2. c. 18. n. 318.

Et quod immens periculum, & instans necessitas,
cum non recipiat dilationem, attribuat jurisdictionem
etiam non habenti, cum tunc à juris regulis recedatur,
probab. text. Auth. defens. civ. §. and. l. 2. it. 9. p. 5. Abb.

73 in c. cum ab homine n. 1. cum seq. & supra de judicis,
& in c. confit. n. 9. de appell. Alex. & Imola in l. 2. ff. de
jur. omn. jud. & conf. 62. diceriflme Doctor. volum. 4. Su-
arez in declar. l. 2. forin. 47. & seqq. post referentio. l. post
rem ff. de re jud. Bern. Diaz in reg. 496. Greg. Lop. in l.
part. gloss. 2. Cachera. in dec. Pedem. 30. n. 14. Tallada de
carcere. c. 11. §. 2. n. 2. Calt. à Bobad. in polit. l. 2. c. 21. n. 71.
& c. 17. a. n. 109. cum seq. & iterum eod. l. 2. c. 18. n. 318.

CAPUT II.

A sententia reformante alimenta, seu pensionem, & assignante congruam beneficium vel coadjutori dato illiterato, seu imperito Recto-
ri, economove; vacanti Ecclesie nominatio: seu etiam lata pro solutione decimorum, mercede famulorum, appellacioni emissae an
non deferens vim faciat?

SUMMARIUM.

- 1 Congrua nova assignatione facta per ordinarium Rectori beneficii appellacioni emissae non est defe-
rendum, quia suspensivo.
- 2 Concil. Trident. sess. 7. de reformat. c. 5. verba adducun-
tur ibidem. Concl. Trid. locus (sess. 7. c. 7. refertur, *ibid.*)
- 3 Concil. Trid. locus refertur sess. de reform. c. 2. & sess. 2.
c. 4. eadem sess. 25. de reform. c. 25. quibus est cautum,
in qualibet congrua portionis assignatione ordinari-
um posse appellacione posse equi, *ibid.*
- 4 Congrua in assignatione Episcopos procedit secundum
conscientiam, & vel levato, Jenosis omnibus ex-
ceptionibus, & per consequentem semota appellacione.
- 5 In congrua assignatione tractatur de alimento praef-
stans judicis officio.
- 6 A congrua assignatione, scit ab alimentorum praef-
stacione non admittitur suspensiva appellacione.
- 7 Conscientia quando à iure judicii est onerata, appellatio-
ne regulariter non suspendit.
- 8 Congrua assignata etiam clero suspensa à beneficio,
non suspendit per appellacionem subsecutam.
- 9 Congrua prestatior jubetur per sententiam provisiona-
lem, & ideo non suspendit.
- 10 Subsidium charitativum impostum pro sui sustenta-
tione pariter non suspendit per appellacionem.
- 11 Ab excessiva congrua assignatione appellacionem in-
terjecta deferendum non est.

10 Ab excessiva fructuum taxatione & liquiditate fa-
cta in executivis, an & quando sit licita appellatio, remissive.

11 Alimentario seu portionario exigenti annuatim ali-
menta, aut portionem ab antiquo legitime constituta,
si mota lis super reformatione, qua putat, vel aucta
est res, super qua portio est constituta, vel alia bona
quaeritur alimentarius, quibus causis potest agi ad
reformationem portionis & alimentorum, remissive.

12 A sententia super reformatione portionis, seu alimen-
torum sive contra actorem, sive contra alimentarium
lata, licita est appellatio quoad utrumque effectum.

13 Alimentorum reformatio idem in effectu est, ac si
sententia lata fuerit contra alimenta petentem, cui
ab hac negotia permittatur appellare quoad
utrumque effectum.

In favorem congruae aut alimentorum assignatione, in-
ducuntur est privilegium, & ratio prohibendi appella-
tionem suspensivam, *ibid.*

14 In favorem alimentarii quod est introductum, non
debet in eius damnum retorqueri.

Ratio prohibendi appellacionem cum cesse, debet ces-
sare ipsa prouiso, *ibid.*

15 Appellationis prohibitio in aliquo inducta favorem
debet intelligi, si in favorem ejus lata sit sententia,
seus si contra.

16 Appellatio quamvis sit prohibita in remedio l. fin. C.
de edit. D. Ad. tamen permititur quando sententia
fuerit contra actorem.

Sententia contra alimentarium lata si exequatur for-
ret dare privilegium, cui jus negat, *ibid.*

17 Appellatio permititur quoad utrumque effectum à
sententia, qua declaratur non esse reformatam, nec
minuendam portionem, seu alimenta jam antea
constituta.

Appellatio permitta à sententia denegante congrue
jus alimentorum reformationem, si alimentarius est
in quasi possessione percipiendi, illi non officit, quia
lite & appellatio pendente privari non debet sua
possessione, *ibidem.*

18 Continuans suam possessionem lite & appellacione
pendente non attinet.

19 Pensionario existente in quasi possessione exigendi pen-
sionem late sententia super reformatione pensionis,
aut nullitate ipsius non exequitur prima sententia,
nec ipse interim impeditur sua utriusque possessione,
imò tunc rescribitur cum clausula, sine retardatione
solutionis pensionis.

20 A sententia reformante pensionem ab antiquo consti-
tutam super beneficio, ex quibus causis, & quando
admittit appellacionem suspensivam.

21 Appellatio reformante pensionem ab antiquo consti-
tutam super beneficio, ex quibus causis, & quando
admittit appellacionem suspensivam.

22 Congrua ex antiquo constituta quando per Rectorem
agitur ad augmentum, ex quo incidenter tractatur
de pensionis reformatione, appellatio ab augmentatione
congrue, & incidenter à diminutione pensionis non
est deferendum.

23 Congrua ex antiquo constituta quando per Rectorem
agitur ad augmentum, ex quo incidenter tractatur
de pensionis reformatione, appellatio ab augmentatione
congrue, & incidenter à diminutione pensionis non
est deferendum.

24 Alimentorum privilegium non admittitur & appella-
tionis suspensiva procedit, non solum quando senten-
tia lata est pro omnibus alimentis praestans,
sed etiam pro aliqua parte ipsorum.

25 Augmentum regulare secundum naturam principali-
lis, cui augetur.

26 Appellari si non potest à sententia lata ex jurisdictio-
ne ordinaria, pariter nec potest appellari à sen-
tentia lata ex jurisdictione prorogata.

27 Appellari si non potest, ab aliquo propter dignita-
tem personae vel alias, pariter nec potest appellari
si procedat ex jurisdictione prorogata.

28 Jurisdictione prorogata & augmentata non est diversa
à prima, sed ex eadem extensa, & de utraque
idem est judicium.

29 Congrua & alimentorum augmentum ubi concurredit
in

in eadem sententia cum pensionis diminutione quo-
ad appellacionis prohibitionem diverse sunt qua-
litatis, & que prevailat.

30 Sententia quamvis sit stricti juris, tamen ex vi at-
tractiva continens unum trahitur ad aliud, sine quo
illud unum super quo lata est, non potest sortiri
effectum.

Quod procedit etiam in libello, *ibid.*

31 Sententia lata super congrua augmento causativa &
incidenter praesumptio pessimo super diminutione pê-
sionis, cum principaliter agatur de cognate augmento.
Attenditur semper, quod principaliter agitur, *ibid.*
Congrua augmentum cum sit causa diminutionis pen-
sionis, illius naturam attendere debemus, *ibid.*

32 Jus potentius operatur in causa, quod in causato.

33 Qualitates contrarie quando in eadem sententia con-
currunt alia permisiva, alia veri prohibitoria appella-
tionis, accusatoria cedit natura principalis.

34 Qualitates contrarie concurrentes in sententia circa
unum inseparabile aquae principaliter tamen, qualita-
tes prohibitoria appellationis prevaleant.

35 Congrua augmentum & pensionis concurrunt circa
unum & idem indissolubile.

A pensionis diminutione non potest admitti appellatio
suspensiva, quin cum eius effectum caufet in augmento
congruae contra ejus privilegium, *ibid.*

36 Flores de Mena inconstituta in hac questione refertur.

37 Pensionis ad reformationem quando agitur ex causa
agenda congruae, non agitur iure actionis, sed officio
judicis contra Flores de Mena.

38 Clavis Bullæ (dummodo remaneant centum pro
Rectore) ad corroborationem iuris Rectori compen-
tentis est apposita; non ut illud innovetur.

39 Alimentorum augmenti sententia multò fortius ex-
cludit appellacionem suspensivam.

40 Alimentarius quamvis consenserit taxationi alimento-
rum facti per rem judicatum, semper potest petere
augmentum si redditus decreverint, vel alia iuxta causa.

41 Congrua petitio non habet locum in beneficio simpli-
cibus, sed in curiam animarum habentibus duxata.

42 Rector impedito perpetuo, seu etiam imperito, atque
illiterato ordinario potest dare coadjutorum tempo-
ralium non perpetuum, nec cum futura successione.

Rector iniusti effectus, atque senio impeditus, non est
privandus suo beneficio, *ibid.*

43 Coadjutori Rectoris impediti assignanda est certa
congrua pro iusta ex fructibus beneficii.

44 Intell. claus. ad text. in c. tua nos, de clericis & grotianis.
Ministr. traditur.

45 Coadjutor potest dari Parochio exempto propter iden-
titatem rationis.

46 Parochus cum ex impedimento vel imperitia datur
coadjutor, non excusat à residencia.

47 Trident. sess. 21. de reformat. cap. 6. verba recente-
ntur.

48 Coadjutoris deputatio, etiam facta judicialiter, non
suspendit per appellacionem subsecutam.

49 Quod intelligitur quoad effectum suspensivum, quo
duxata caret hæc appellatio, non tamen devolu-
trum.

50 Impediti & imperiti à iure equiparantur, cum ex
iure oriantur impedimentum officii exercitio.

Illeterati quales dicuntur, *ibid.* remissive.

Coadjutoris temporalis de materia, qui sint videlicet, *ibid.*

51 A congrua assignata economo & Vicario Ecclesie
vacanti deputato an suspendatur per appellacionem
subsecutam.

Text. in c. cum vos, de off. ordinarii expendit, *ibid.*

52 Economus an assignandus ab Episcopo durante lite
inter patronos vel in toto queas beneficium provi-
dere, remissive.

53 Vicarium idoneum potest Episcopus constitutre Eccle-
siae vacantis habita notitia cum congrua assigna-
tione de Prost. Reg.

ne ejus arbitrio, donec de Rectore provideatur.
Congrua Vicario assignanda est ex fructibus ejusdem
beneficii, aliis tamen reservatis successoribus.

54 Vicarius Ecclesie vacanti consiliui non potest nisi
in concurso, ut magis idoneus electus est ad idem
beneficium, donec facta collatione nanciscatur
possessionem.

Quod procedit etiam in aliis beneficiis quibusvis, *ibid.*

55 Economi deputatio, sicut & ejus congruae assignatio
non impedit per appellacionem sequentem.

Tridentini verba ponderantur in d. c. 18. sess. 14. de re-
format. *ibid.* & Ecclesiæ vacanti deputatus Vicari-
rus etiam appell. pendente, non admovendus do-
nece de Rectore provideatur, *ibid.*

56 Congrua quantitas Vicario assignanda relinquitur
Episcopi arbitrio, quod hodie limitatum est ex
Bulla Pii V.

57 Congrua Vicarii temporalis, quæ sit per Congrega-
tionem Cardinalium arbitrata.

58 Vicario dato Ecclesiæ vacanti non sunt assignande
omnes fructus beneficii, & quid si omnes sint ne-
cessari ad congruam portionem.

59 Congruus Parochis non potest esse minor centu ducatis.

60 Vicarius ad natum amobiles, non potest removeri
ante finitum anni servitum.

61 Officiales ad natum amobiles, non possunt absque
causa amoveri.

62 Decimorum condemnatio an recipiat appellacionem
suspensivam.

63 A decimis ad tributa valet argumentum, quia illas
reservavit Deus in signum universalis domini.

64 Decimorum executio fit appellacione non obstante.

65 Decimorum jus afflit, & debitum est evidens, & ideo
habent executionem paratam.

66 Decimæ, cum clericis assignanter pro alimentis, dil-
ationem non patientur.

67 Decimorum solutionis tarditas continet peccatum.

68 Divini cultus aut anima favor non recipiunt appella-
tionem, & excusat ab attentatis.

69 Tribut. & vettigalia Principi debita cur non sus-
penduntur per appellacionem.

Multo minus debent suspendi decimæ cum sint tributa
animæ debita Principi calisti, *ibid.*

70 Decima cum proveniat à jure divino, dicitur cibus
domus Domini.

71 In decimis cum agatur de materia concernente ani-
man potest Judex Ecclesiasticus incipere à præcep-
to de solvendo, & monitorio.

72 Monitorium pro solutione decimorum resolvitur in
simplicem, *ibid.*

73 In decimorum causis commissis super appellacionem non
rescribitur nisi cum clausula (fine retardatione so-
lutionis decimorum.)

74 Confutatio seu prescriptio non est legitima causa ad
impedientiam solutionem pensionis - appellacione
pendente.

75 Exemptionem habitam à Papa, aut legitimam com-
positionem allegans, si super illa non audiatur in
causis decimorum, potest licet appellatio.

76 Exemptio tributarum permittit appellacionem sus-
pensivam.

77 Sententia inter duas Ecclesias contendentes super ju-
re decimandi appellacionem.

Et etiam quando collector decimorum excedit modum,
quia datur appellatio, *ibid.*

78 Salariorum famulorum sententia non suspenditur per ap-
pellacionem a condennatione emissum, quia res non
patitur dilatione.

79 Salariorum & mercedis famulorum causa summarie tra-
ducat, atque etiam appellatio à sententia salaria
& mercedis non retardat executionem.

80 Salarium Advocatorum, Procuratorum, & solicita-
torum an recipiat appellacionem suspensivam

F 3 81 Senten-

342 De Regia Protect. vi oppress. appell.

81. *Sententia lata pro solutione salarii, & mercedis famularum, tunc mercetur executionem non obstante appellatione si petatur a paupere, secus si a divite.*
82. *A taxatione mercedis non datur appellatio suspensiva sicut nec a sententia alimentorum praestandorum.*
83. *Qualitas dicitarum & paupertatis in causa mercedis quod admittendam vel rejiciendam appellatio nem attendenda est.*
84. *In famularum salario, & mercede operarii non attenditur qualitas dicitarum, aut paupertatis, sed indistincte non admittitur appellatio.*
85. *Paupertas uti qualitas naturalis in famulari & operariis sumitur, qui ut plurimum necessitate coacti serviunt.*
86. *Salario & mercede famularum causa tractatur in die feriato ob honorem Dei, quia succedit loco almentorum.*
- Signature justitiae solet retribuire cum clausula (sine praedictio legitima executione, &c.) in causa mercedis promise, vel inter eum qui solet operas suas locare, & eum qui solet conducere, n. 87. secus est converso, ibid.*
88. *Si tamen signature videat judicem a quo excessiva in taxatione mercedis non conventa, solet pro parte admittere executionem, pro parte vero deferre appellationem.*
89. *Promercede conventus si opponat potenter esse divitem, ac constet, cessabit privilegium appellationis, immo admissit quod utrumque effectum.*
90. *Mando, & Flores de Mena reprehenduntur abutentes iuridico loquendi modo, dicentesque, in causa salario, & mercede procedi summarie & executive. Probaio nulla quantumque liquidissima executionem habet, ibid.*
91. *Causa est summaria, ergo est executive, non est validum argumentum, a contrario autem bene procedit, est executive, ergo summaria.*
92. *Causa non ex eo quod agitur summarie, & ex aliqua juris ratione sententia sequatur, & non recipiat appellationem, dicitur executive.*
93. *Salarii materia remissive.*
94. *Salarii petitum in iudicio, ubi lis mota fuit, & etiam in foro Ecclesiastico, quo laicus posset compelli pro salario lis ibi tractatae.*
- U**t perfectius rem quam ago cognoscamus, illud est primitus supponendum: quod nulla vis fieri, si a nova appellatione congrua, & alimentorum, quam ordinarius facit rectori beneficii minime sufficit appellatio interposita delatum. Enimvero illa haec a jure minus legitima reputatur, saltem quod effectum suspensum, pluries decrevit Sacrum Concilium Trident. sessione 7. de reformat. cap. 5. ibi, Addens insuper, quod si ipsi ordinarius etiam per idoneorum Vicarios depositionem, & congrua portionis fructuum appellationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur, appellatioibus, privilegiis, exemptionibus quibuscumque, etiam cum jadicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in praemissis minime suffragantibus, &c. & eadem sessi. 7. cap. 7. ibi, Ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsi ordinariis pro bono Ecclesiae regmine alter expedire videbatur, ab eis cum tertia pars fructuum, aut majori vel minori arbitrio ipsorum ordinariorum portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura utiliter exerceretur appellatioibus, privilegiis, exemptionibus, & cum jadicum deputatione; & illorum inhibitionibus quibuscumque in praemissis minime suffragantibus, &c. & eadem sessione 6. de reformat. cap. 2. & sessi. 25. cap. 4. & eadem sessi. 25. de reform. cap. 25. de quibus omnibus istud est cauteum, ut in qualibet alimentorum, & congrua portionis deputatione ordinarius appellatione remota

procedat. Quod confirmavit, & declaravit etiam Pius V. in Bulla 16. inter motus proprios fol. 558. declarat insuper Fr. Manuél Rodriguez in quafi. reg. tom. 1. n. 26. art. 2. fol. 346. Navarr. conf. 7. tit. de probab. Cuch. lib. 2. inf. majorum tit. 13. n. 3. de qua congrua assignatione vide multa per Camp. diver. rub. 7. c. 6. à n. 116.

Quia doctrina & iure communis comprobatur, ex text. in elem. 1. de jure patronatus disponens, quod Episcopus in assignatione congruae debet procedere secundum conscientiam, & velo levato, semolis omnibus exceptionibus, & allegationibus, & per consequens femora appellatione juxta ea, quae copiosè dixi 2. par. c. 8. à num. 104. cum seqq. quem text. ultra glofiam & repentes ibi sit & eleganter ad hoc declarant Lambert. in trac. de jure part. p. 3. lib. 2. q. 10. art. 9. & 10. cum seqq. Rebuff. in trac. de congrua portione, quafi. 4. per totam Flores de Mena in trac. qq. 4. 14. num. 2. lib. 1. quod confirmatur, tum quia tractatus de alimentis iudicis officio debitis, à quorum prælatione appellatione interpositam non suspendere longam seriem suprà cap. 1. fecimus. Ut idem sit in causa congruae, 3 quæ alimenti æquiparant Guig. de penso. q. 95. & not. Doctores in d.c. & Rebuff. in d. trac. de congrua port. & de sententiis provis. in prefatione num. 137. & ex Flores de Mena suprà n. 4 ad fin. tum etiam, quia ubi 4 à jure judici est onerata conscientia, appellatio regulariter non suspendit, ut per glofiam in d. cl. 1. verb. oneramus, admodum in jure laudata, & ut singularem plures commendatam, firmant Jacob. Menoch. de arbit. judic. lib. 1. q. 8. n. 40. & idem cum Covar. & infinitis aliis etiam defendit, in d. trac. de arbit. lib. 1. q. 70. per tot. & cum Philippo Franch. & aliis eam sequitur Lancelot. Robert. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 10. per totam, & nos Deo dante hac part. 3. cap. 13. à n. 36. & seqq. & 2. p. c. 8. num. 122.

Quod pertinet congrua, seu alimenta præstanda clericis fulsponio a beneficio, quia pariter à sententia, super illis lata, non admittit appellationem suspensum, Rebuff. in trac. de sententia provis. in prefat. n. 100. Scaccia de appell. q. 17. lim. 7. n. 7. fol. 422. illud ex eo comprobatur, quoniam præstari jubetur per sententiam provis. 7. sed ab iis quae per sententiam provis. ipsum expedientur, non datur appellatio suspensiva, ut ipsi Doctores ibi probant, & iterum idem Rebuff. ibi sub n. 12. ver. sed ob id. & n. 20. q. 2. 10. 1. fol. 225. & 226. & idem Rebuff. in trac. de sententia execut. artic. ult. gl. 1. num. 12. in fin. causa 6. tom. 1. fol. 429. sequitur Scaccia ubi proximè d. lim. 7. n. 2. Quod & idem dicimus de charitativo subdicio imposito per Episcopum pro suis alimentis, & sustentatione. Guigas de penso. q. 95. num. 4. Scaccia ubi proximè n. 6. Ruginel. trac. de appellat. §. 2. cap. 3. n. 278.

Quam conclusionem & ad illud insuper extendi, receptissimum est quod quando in hujusmodi nova portionis congruae assignatione aliquis de excessu conquestratur, & ab ista excessiva taxatione appellatio prioripuerit, ei ordinarius non deferens minime vim faciet, que executioni impedimentum non est, cum suspensi. 9 vo careat, ut probat celebris glofia in d. elem. 1. verb. oneramus, quam sequuntur ibi Cardinal. Anch. & alii Lamberti. ubi proximè art. 13. Flores de Mena d. 9. num. 3. & nos hujus glofia & Doctorum immores eam sic resolvimus, disputantes contra Avendan. loquendo in alimentis, quod idem est, ac in congrua, & fundamenta illi apposita validissima sunt, suprà cap. 11. num. 50. & an & quando hac excessiva liquidatio ne in executive si licita appellatio, latè & accurate dicimus infra 4. part. c. 10.

Quando autem super portione, & alimentis ante XI & ab antiquo legitime constitutis, & hujusmodi constitutionis, & assignationis virtute seu alimentariis, seu portionariis alimenta annuatim, puta, percipi, controversia oritur; duo sunt nobis causas distinguendi,

Pars III. Cap. II.

343

Si autem in hujusmodi iudicio reformationis portio, 18 & alimentorum constitutorum jam in favorem congruarii, & alimentarii fertur sententia, qua locum non esse reductioni, & diminutioni, declaratur, pariter adversario permittenda appellatio ab ea quoad utrumque effectum, nec ista appellatio obest, nec obesse potest congruatio, nam cum jam ante item motam, & ab antiquo sibi efficit constituta alimenta, in quorum perceptionis possessione est annuatim vel datum, eademmet lite & appellatione pendente potiri licet; nec est interim ejus commodo, & fructibus privandus, text. in l. 1. ff. nihil novari appell. pen. ibi, integer enim statu effe videtur provocatio interposita, c. 1. ut lite pendente, scilicet sententia lata, qui satisfare cogant gloss. in l. Imperator. §. fin. verb. adversario, ff. de appell. Card. in cl. 2. 2. oppositione, ut lite pendente, Rom. consil. 37. visto punto, in ff. Decius in consil. 97. in causa, & consil. 103. causa in princ. lib. 1. Lancelot. de attent. 2. p. c. 4. de attent. licet pendente, nu. 15. quia continuans suam possessionem lite, 19 & appellatione pendente, non dicitur attentare, Rota decis. 10. alidas 89. nota, quod ubi, de appell. in antiquo, nec tunc ea quis est privandus, Rota decis. 24. alidas 615. nota quod licet, de dolo in antiquo, Parilius consil. 38. n. 3. lib. 1. & consil. 106. n. 4. & vol. 4 & consil. 39. n. 2. & consil. 105. n. 23. vol. 1. Mandos. super regul. de subrog. quafi. 8. n. 4. & in trac. de inhib. qu. 23. in cuius doctrina comprobationem multa specialia exempla adducit Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 26. quapropter cum congruarius continuans suam possessionem fruatur suis antea designatis alimentis, cessat ratio periculi, & famis; quibus evidenter appetit à sententia lata in iudicio reformationis, & moderationis alimentorum, & congruae jam constitutæ contra quilibet litigantium prolatæ, appellatione interposita, nisi iudex deferat, violentiam manifestam committeret.

Et quando pensionarius est in quasi possessione, si super reformatione, aut nullitate, & extinctione ipsius; etiamque contra illum lata sit sententia prima, non impeditur possidere illa ut illa posse, & pensionem exigere, adeo ut tunc rescribitur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) quia expectantur tres sententiae conformes ad hoc, ut ille non possit pensionem exigere, latè post alias Marefoc. variar. resol. lib. 1. c. 21. nu. 6. Staphileus de liter. just. §. imprimis num. 84. Guigas de penso. quafi. 3. num. 9. Covar. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. n. 9. in fin. Caffiador. dec. 10. nu. 8. descript. Eguig. decis. 41. & decis. 225. Caffiador dec. 8. nu. 5. de script. Puteus decis. 226. n. 2. lib. 2. O time Rota dec. 43. p. 2. diversor. & suffr. resolutum per Rotam in una Navarien. decimaru 11. Decembri 1573. coram Blanchet., & in una Brixiens. pensionis 15. Martii 1599. coram Peña testatur Marefoc. cap. 22. n. 7. plurimos Doctores citat, & bene prosequitur Marquesia de commissio. 4. part. c. 14. el 2. à nu. 51. & supr. d. num. 42.

Parimenti, & idem etiam ex eisdem rationibus 21 erit determinandum in sententia lata super reformatione aliquis pensionis jam ex antiquo constituta super beneficio, sive fuerit reservata pro alimentis, sive quia reignavit quis beneficium, secundum quod dicit Guigas de pen. quafi. 95. num. 2. & 3. & sic quando ad reformationem actum est, ex eo, quod fructus ad minorem quantitatem sunt redacti, vel ob alias juris causas, contra quilibet lata sententia, ab ea erit concedenda appellationis delatio, ut in terminis tradit Guigas d. 95. sub nu. 6. maximè, quia tunc agitur via ordinaria Cevallios in contra comp. in epist. n. 922. ubi ad id allegat Sele de inhib. just. Aragon. c. 6. §. r.m. 8. dicentem hunc esse causam violentiae, ut ipse advertit, quod tamen intelligo, quando principaliter est actum ad pensionis reformatione ex declaratione, seu alia qualibet: non tamen quia rectoris portio & congrua est insufficientis, ut statim declarabo.

344. De Regia Protect. vi oppress. appell.

22 Ex his constat non esse audiendum Cevallos ubi proximè citato loco, tanquam sibi contrarium, qui quidem sub n. 291. dixit, quod quando agitur lis super reformatione alimentorum ab antiquo constitutorum, esse sicutiam appellationem, at verò in num. 915. dixit, quod quando lis vertitur super moderatione congrue ab antiquo constituta, ut Episcopus appellationi deferre non tenetur, quid enim quoso aliud est, congrue configurata quam alimenta? inter se non differtur nisi tanquam genus & species, inò eisdem regulis promiscue submittuntur, & pariter in his prohibetur appellatio propter unammet rationem, que utroque casu militat, ut & nos probavimus in toto hoc capite, & ipse etiam agnoscit, & merito congruum passim vocat alimenta, si agitur inò de ratione, & reformatione alimentorum admisit appellationem, cur contrarium dicit in reformatione congrue, ab antiquo pariter configurata: maxime quia citat ad hoc ultimum Flores de Mena in d. q. 24. n. 3. qui quidem id non dixit in reformatione, & diminutione congrue, sed solum quando agitur ad augendam eandem tanquam insufficientem, qui est casus diversus, ut mox videbimus.

In secundo autem casu principali, quando agitur ad augmentum congrue ex antiquo constitutis, ut puta; quando rector ex aliqua iusta causa dicit, non esse congruum sufficientem ad eius commodam sustentationem, & hac de causa petit pensionem reformari, causative scilicet, & incidenter, quo casu si ordinarius sententiam tulerit, qua auget congruum, & per consequens minus pensionem in augmentatione, ab hac sententia pensionarius appellans non erit admittendus, nec ejus appellatio obstat, quominus sententia ipsa in augmentatione novo exercioni mittatur, sicut in principali, nec tunc non deferens ordinarius vim faciet.

23 Et ad hanc opinionem pust moveor: primò, ex celebri glossa determinatione in cle. verb. oneramus, de jure patr. docente, quòd si sit contentio super congrua portione ab antiquo assignata, quæ à Rectore allegatur minus sufficientis, nec ex ea possit sustentari competente, & Episcopus iustam judicantis petitionem augmentum congruum, majorem assignet, & ab hujusmodi assignationis augmentatione configurata appellari, Episcopus minime tenetur deferre appellationi, quod effectum suspensivum, quia est sibi onerata conscientia, & ex aliis rationibus per eam, quarum supra meminimus, quam quidem glossam nostrum casum determinare videtur.

24 Secundò & pro hac parte, fortissimum, & indissolubile facit fundamentum, nam privilegium tollendae appellationis in causa alimentorum non solum procedit quando ex integro ipsa alimena petuntur: verum etiam, quando aliqua eorum pars duntaxat, puta, habitatio, vestitus, vel quando cum sibi necessaria sunt, praesentur sexaginta, & agat pro aliis quadragesima, quæ sibi deficiunt, ita ut ab hoc augmentatione pariter sit prohibita appellatio, ac in toto; juxta text. dispositionem Ulpiani, in L. cum ii, in princ. ff. de transact. & proban. in expressu Paul. Castr. ibi n. 5. Corduba à Lara de alio, in §. si vel parens, n. 30. Surd. eodem tral. iii. 3. pr. 60. n... & nos adnotavimus cap. precedenti in princ. in 2. declaratione n. 7. ergo pariformiter dicendum est in nostro casu, in quo appellatur à configuratione totius congrue, ut superius probavimus, in nec ab ejus parte augmentatione, quia idem augmentatione est de parte quadam partem, quod de toto quod tum, l. qua de tota ff. de revenditione.

25 Tertio corroborator mea opinio, nam augmentatione regulare secundum naturam sui principalis, & idem est de una ad aliud argumentum, l. si ex toto, & l. quod in rerum, §. si quid post, ff. de leg. 1. & ideo augmentationis in eisdem privilegiis, & regulis judicatur, quibus ipsa dos, l. inter sacerdotum, §. cum inter, ff. de pacis dot. l. etiam C. de jure dotum, ubi Bald. ibi n. 2. not. Aretin.

in l. si in testam. ff. de regul. l. in rubrica, ff. soluta matrim. col. fin. Natta consil. 253. nu. 4. latè Rotan. in tract. de lucro doxis quæst. 100. sed hæc configuratio alimentorum & congrue illam habet naturam, & privilegeum; ut appellatio caret suspensivo: ergo & in augmentatione eorum idem debemus confiteri privilegii.

Quarò corroboratur hæc pars ex illa celebri doctrina Cyni in l. si quis ex confessu, C. de Episcopali audience. docentis; quod si à sententia lata ex juridictione ordinaria, non potest appellari: pariter nec potest appellari à sententia lata ex juridictione prorogata, ut tenet gl. & DD. in c. penult. de off. delegat. & quidem à sententia judicis prorogata appellari non possit; quando alias ab ejus sententia appellari non potest, tener in specie B. in l. Episcopali. C. de Episcopali audience. Ang. in l. 1. 2. col. ff. de judicis potest Cygnum in d. l. ex confessu, idem firmans sequitur l. in l. si quis adversus C. de precibus Imperat. offerend. ubi subdit, esse diligenter notandum; quando si proper dignitatem personæ non potest ab ejus sententia appellari, ut procedat etiam ex prorogatione, vel ex commissione partium ipsa sententia feratur, per text. in d. l. Episcopali, & ibi allegat Angel. ubi sup. & ita sequitur confundendo. Decius in cons. 3. & in cons. 25. & ita fuisse judicatum in consilio Neapolitano, testatur Thom. Grammaticus in deci. 9. per tot. & ad id moventur Doctores ex doctrina superiori fundamento adducti, ut idem sit judicium de augmentatione, quod de ipsa augmentatione, & quia illa jurisdictione pro rogata, & augmentatione non est diversa à prima, sed eadem extensa, ut in precario dicitur, ex text. in l. deci. & si manente, ff. de precario, & in jurisdictione prorogata probat l. memini, ff. de off. procons. & leg. ergo & in augmentatione portio appellatione prohibita intelligitur, scit & in augmentatione congrue.

Nec huic inconveniens est illa qualitas reformatio nis pensionis, que simul concurrit in sententia cum ipsius congrue, & alimentorum augmentatione, quasi illa permettat appellationem, ut supra diximus, quoniam hæc mixtura accidit in consequentiis, & incidenter, puta; nam cum demus augmentationem necessarium, consequenter inducitur diminutio in eadē pensione etiam in sententia de pensione tractetur; quamvis enim sententia si stricti juris, ex vi tamen attractiva, continens quomodo, indistinctè: alit ad illud, sine quo illud solum, super quo late est, non potest torrii effectum, ut dicit Angel. consil. 257. sub n. 6. quem sequitur Rota deci. 150. n. 51. 1. part. divergor. ubi n. 2. dicit, non solum procedere in sententia, verum & in libello, ex his quos allegat, maximè, clericis siquidem, qui de agenda portione incongrue insufficienteque, nec correspondente vita humana necessitatibus, agit, accipiet supplementum aliunde, etiam non sit de pensione deductum, & sic causative & accessoriis ei præjudicium generatur, cum principaliter tractetur de congrue augmentatione, & semper attendimus quod principaliter agi. 31 mus, l. de unoquoque, ff. de re judic. & cum congrue augmentatione sit causa diminutio pensionis; ipsius solum naturam, & qualiter attendimus; quia jure potentiis 32 operatur in causa quam in causato, cle. 1. de reliquis & vener. Sancti Paul. Castr. consil. 129. vol. 1. & plus insuffit causa in se ipsa, quam in causato, & attenditur potius quam exercitum actus, Felin. in c. auditis n. 20. de prescriptione, deciso Genuen. 28. n. 2. & est text. in l. navis 33 onusff. in 1. respons. ff. ad l. Rhodium de jacu: nam quando aliquid est proprius aliud, potius est in consideratione illud propter quod est, l. & si non sunt clavi 21. & perenniantur, ff. de auro & argento legal. tenuis 29 ff. de re jud. & si succedit à nobis satis comprobata doctrina sup. 2. p. c. 7. quod quando in sententia concurrunt duæ qualitates contrarie, una permisiva appellationis, alia prohibativa, & una est alteri accessoria, haec sunt

principalis sequitur naturam, in cuius comprobacionem elegantes doctrinas adduximus à num. 101. cum seqq. in d. c. 7.

Et etiam ex alia doctrina, quam pariter ibidem descripsimus à num 45. & seqq. quod quando dictæ qualitates contrarie, æque principales concurrunt circa unum & idem inseparabile, & indivisibile, qualitas prohibitionis præpondaret, & quando istæ duæ qualitates forent æquæ principales (quod negamus) cum concurrant circa rem inseparabilem & indivisibilem, siquidem ex augmentatione congrue resulat tacite diminutio & reformatio pensionis, & non possumus dare executionem in augmentatione, quod non demus etiam executionem in diminutione pensionis, nec possumus dare appellationem suspensivam per reformatio, quæ non operetur in congrua contra suam naturam, quia generatio unius est migratio alterius, & sic cum unaquaque qualitas non possit operari in sua natura absque prejudicio alterius, negativa sola prævalet, ut in d. c. 7. latè probavimus, ad cuius fundamenta se remitto, in 2. p. suprà à n. 45. cum multis seqq. ubi articulos illi fati per disputationem lucefuerit.

Quæ sententia ita tenenda est in hac questione, licet Flores de Mena in pract. quæst. q. 14. eam tetigerit, & concordia videatur adhucere, n. 5. nullo ad id adducto fundamento, sed tantum allegat Rebuffum & Huigant. de pens. de quæst. 94. circa fin. qui tamen in nostra questione nihil loquitur, sed tractat tantum, quando agitur de reformatio pensionis ex aliqua causa, quo casu fateor appellatione locum esse, ut superioris dictum est, non tamen loquitur, quando agitur propter avgendam congruem, tanquam insufficientem ad reformatio pensionis, quæ est nostra quæstio. Sed adhuc non requiescens ipse Flores prædictæ opinioni, dicit n. 12. quod si congrua ab antiquo rectori assignata per tractum temporis ita facta est exigua, ut ipse magnam inopiam pateretur per viam provisionis sibi deberet decerni congrua sufficiens, inò & si assignata per sententiam non esset excessiva, posset judex appellationi non deferre quod effectum suspensivum. Illum etiam sequitur nihil additæ Cevall. contra comm. in epist. ad regum n. 923. sed adhuc ille vir agnoscens similem resolutionis imperfectionem, illam terminandan judicis arbitrio relinquat. At mercede si nostra fundamenta considerare, quæ aperte juris regulas demonstrant, non ita inconsistenter responderet, sed convenientibus oculis nostris huc accuevisset; maximè cum fundamentis, quæ adversus suam urgebant, ab eo ibi adductis minimè satisfacit, nam illa doctrina, qua illi omnibus satisfacit, nempe, in hoc casu agi ad reformatio pensionis jure actionis, non officio judicis: minus vera est, quando agitur ad reformatio pensionis de causa scilicet; quia tractatur de augenda congrue exigua; etenim pariter Praetor in supplemento alimentorum interponit officium suum, & sic in parte sicut & in toto, ut probat text. in l. cum ii, in princ. ibi ejusdem praetorio notio erit, & ff. de transact. & probant DD. qui affirmant in parte alimentorum petitæ appellationi non esse deferendum, quorum nos paulo ante mentionem fecimus; quod procedere minimè potuisse, si non officio judicis, sed jure actionis petetur, ex his, quæ dixi cap. precedenti ad ultimum declarationem n. 13. maximè cum cafo hoc nullo modo

38 potest considerari causa, unde provenire possit Rectori jus actionis, nec ex Bulla reformatio pensionis ex illa clausula (cummodo centum remaneant pro Rectore, &c.) hoc inducitur, cum illa potius in favorem Rectoris, & ad maiorem confirmationem, & corroboracionem sui juris sit inducta, non autem innovando officium judicis à jure concelebrum, quod erat Rectoris, ex his, quæ latè circa innovationem officii judicis, diximus suprà cap. precedenti, nec Rectoris juri quidam clausula detrahit, cum inò sit in ejus favorem

Pars III. Cap. II.

345

apposita, faciunt expresse dicta cap. preced. à n. m. 35. ubi quid ex hac ratione officium judicis, non aimitit suum privilegium.

Et adverto, quid, ea quæ hucusque diximus, nempe appellationem suspensivo carere, nec vim fieri, si interponantur ab augmentatione congrue etiam ex eo resulteret reformatio pensionis: multo fortius procedit, & habet locum in augmentatione petito in alimentis, quando insufficiencia allegatur ex aliqua iusta causa; potius quia debeat fructus, vel aucta est familia, quia tunc posse peti alimentorum augmentum, etiam filius prius factam taxationem approbat, consenserit, quia semper in hac materia intelligitur rebus sicstantibus, 40 ut elegantissime potes videres per Rotam dec. 341. in novissimi recollectis per Farinacium (ubi alias rationes adducit ad petendum argumentum hoc) de quo latè Marquesi de commiss. 1. p. c. 18. à n. 88. Palacius Rubeus in rubr. de dona, inter. 3. §. 23. nu. 7. fol. 354. Sardus de aliens, tit. 5. quæst. 7. nu. 59. Albert. Brunus in tract. de augm. concl. 12. nu. 5. Gratian. dicit. f. renf. tom. 2. cap. 237. n. 5. latè dixi infra 4. p. c. 7. vers. ex quo fonte fluit, à n. 88. Et ex his quæ diximus in secundo usque ad quartum fundamentum, quia tunc hæc qualitas negativa appellationis adeat sola in sententia alignante augmentationem absque alia, quæ pertinet, & dicit oppositum, & sic nihil mirum, ut sua qualitas liberè operetur appellationem impediendo. Et unum te admoneo, ut congrue assignatio lo. 41 cum non habet in simplicibus beneficiis, quia cum clericis tunc non sit adstrictus ad onus curæ, certa causa & fundamentum præstabilitatis, & solutionis congrue quod est necessitas & onus curæ, ut tenet Rebuff. in tract. de congrua portione, n. 68. & tenet Rora deci. 83. num. 21. p. 2. divergorum, ubi aliam allegat, & testatur ita plures decidit Rotam; & faciunt quæ Sard. de aliens tit. 1. q. 6. per tot.

